

I.

A. 837. 4. Martii. *Byacii, prope Salonam.*

Terpimirus Dux Croatorum affirmat Ecclesiam Salonitanam Metropolim fuisse usque ripam Danubii et pene per totum Regnum Croatorum.

In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Regnante in Italia piissimo Lothario Francorum Rege per Indictionem XV sub die IV Nonis Martii. Dum mundi ab origine cuncta per tempora facta mansisse, dellabisseque succedentibus alia alternis (altissimi Lucius et Farl.) simet oculis perspicimus mentis et manus fidei palpamus, nihil corporeis membris videre, audire aliud valemus, nisi ea, que presentantur & scripturarum auditio obtutibus pandit. Vnde ego licet peccator Tirpimirus Dux Croatorum, iuuatus munere diuino, incertus de die novissimo, et hora, qua nesciat homo, sollicitus nimis anime mee, commune consilium meis cum omnibus Zuppanis construxi monasterium, ibique cateruas fratrum adhibui, quorum sedulis votis, & frequens oratio nos immunes redderet Deo peccatis, in hanc adjecit mens nostra, ejusdem monasterii ecclesie aliquid in utensilibus preparare. Cum autem non sufficeret in argento ipsa vasa perficiendum, accommodavit nobis Petrus Salonitane ecclesie archiepiscopus, et dilectus compater XI Libras argenteas: hac de re ei duximus hilari animo dare quidvis, et non denegamus charitati vestre, quibus ipse respondit: volo Domine et compater ut primum, quidquid proprio emi pretio, vel quod donatum est in immobilibus et mobilibus in sancta matre ecclesia, id est in Lasani et Tugari (Turgari Luc. et Farlati) cum servis et ancillis Stepus, Sagoleo, Chortino presentia Claritatis vestre per paginulam privilegiam sancte Salonitane ecclesie dicte mancipata in eternum permaneant, ac deinde, ut in fatam matrem ecclesiam, que est metropolis usque ripam Danubii, et pene per totum Regnum Chroatorum (Farl. Croatie) & pro remedio anime uestre, parentum uel fidelium uestrorum, et per commodatum argentum detis ecclesie b. Georgii, in loco qui dicitur Putalio, omnia que obtinet possessionum, servos quidem et ancillas, que Mislavo Duce ipsam ecclesie cum dedicata videtur, et ab ipso supradicto Duce donis ditatam, simili modo & Privilegii censura, hec quidem donatio a Vobis firmiter enixe deposcimus taliter (Luc. et Farl.